

73
quantissimus, qui ~~Eccliam~~ ^(Eccliam) ~~rexit~~ ^(rexit) Ravennae XXIV. annis, mensibus VI. diebus VIII. Obiit autem in Idibus Februarii anno Dominice Incarnationis MCXLIV.

ferre VII.

De Moise

Archiepiscopo LXX

Moyses LXX. Vercellensis, vir optime literatus, bonus ~~Ecclie~~ ^{Ecclie} Rector, qui rexit ~~Eccliam~~ ^{Eccliam} Ravennatensem annis X, mensibus III. diebus XXIV. Obiit autem VII Kalendas Novembriis, feria quarta, anno Domine Incarnationis MCXLIV, tempore Anastasii Papae quarti, anno secundo Federici Regis mensis III, quando primo venit in Italiam. Nullus in pontificibus nostris ^{valde} literatior eo fuit, instructus legibus tam divinis, quam humanis, multisque aliis scientiis decoratus. Plurima bona huic ~~Ecclie~~ ^{Ecclie} contulit. VIIIC. libras in expugnando possessione Ravennatis ~~Ecclie~~ ^{Ecclie} expendit. De isto Archiepiscopo reperitur in quodam Instrumento ^{falso} antiquo sic; Anno Domine Incarnationis MCXLIV, tempore Lucii Papae II, et Cozradi Regis, Indictione VII, ingressus est Moyses electus

a) mensis

b) pontificis

c) hanc

d) sicutis

e) Ravennatensis

f) electus